

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

& linguosam conferri potest.

**N**am & leo & draco in malo inferi  
ores sunt. Testificatur huic  
sermoni meo sapientissimus salo  
mon dicens. Cohabitari leo  
ni & draconum melius est. quam  
mulier & linguosae.

**E**t ne putet sapientem uirum in  
ronia hoc dixisse. ex ipsiis rebus  
disce manifestius. Danhelem  
leones in lacu reuertisunt. iustum  
uero illum nabuthae. ze zabel  
interfecit. Caetus ionam  
in uentre custodiunt. dalila au  
tem samson circum uenit inle  
cebris. raso etiam capite. de  
formatum alienigenis tradidit.

**O**racones & aspidēs & cornutae.  
iohannem baptistam in deserto  
uiuentem subdita feritate tre  
muerunt. herodias uero eidem  
caput abscedit. & tanti uiri mor  
tem in pretium saluationis  
accepit.

**INCIPIT S. EU. SEC. MATHI.**

**I**n illo tempore. Auduit herodes  
tetrarcha famam ihu. & ait pu  
eris suis. Hic est iohannes  
baptista. & ipse surrexit a mor  
tuis. & cetera.

**OMNIA VENERABILIS  
BEDAE PRESBITERI  
DE IADIM LECTIO.**

**N**ATALEM FR̄S  
K̄m̄i. beati iohannis  
diem caelebrantes.  
oportet ut non solum.

constantiam passionis illius pia  
deuotione recolamus. sed & eoru  
a quibus passus est malitiam.  
nobis in arma uertamus scilicet.

**T**unc & enim scripturis scis utili  
ter animum intendimus. cum  
non solas in eis uirtutes ac pre  
mia iustorum. uerum & iam  
uitia uindictamque reprobatorum.  
ad incitamenta nobis bene agen  
di proponimus. Hoc siquidem  
& ipsius dñi docemur exemplo.  
qui ut humane superbiae  
ceruicem frangat. ac sublime  
nobis humilitatis iugum impo  
nat. non suae tantum humili  
tatis formam quam sequamur.  
insinuat dicens. Discite a me  
quia mitis sum & humilis corde.  
sed etiam angelicae superbiae  
deiectionem quam caueamus  
ad memoriam nobis reuocat  
dicens. Videbam satanam  
quasi fulgor cadentem de caelo.  
Quatenus non solo nos suae diui  
nae bonitatis sed & demonicae  
prauitatis exemplo. ad obser  
uantiam summe uirtutis accen  
dat. Auduit igitur herodes  
tetrarcha famam ihu. & ait